



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1784**

**VD18 13322648**

§. 12. Sanitiensis Episcopi Instructio Pastoralis a Synodi Patribus  
examinata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

Sæc. XVIII. judicandam esse ejus Instructionem,  
A. C. 1727. illum vero de omnibus, quæ hanc in  
 rem statuerentur, per Synodi Secretarium præsentibus duobus Notariis  
 exacte informandum esse.

## §. XII.

*Sanitensis Episcopi Instrucción Pa-  
 storalis a Synodi Patribus  
 examinata.*

Porro Graffensis Episcopus cuncta, quæ  
 in præsata Instructione offensioni  
 erant, retulit, ut vero res clarius pa-  
 teret, Præses illam alta voce prælegi  
 jussit. Existimabant omnes, eam esse  
 opus schismaticum, erroribus plenum,  
 ac fidei puritati omnino adversum,  
 postea præcepit Synodus, ut Promotori  
 illud traderetur scriptum, in quo  
 accusatus Præsul palam profitebatur,  
 se dictam instructionem adoptasse, pu-  
 blici juris fecisse, eamque a capite ad  
 calcem propugnare, paratum esse. His  
 peractis idem Promotor enuntiavit,  
 contra hunc Episcopum ex Canonum  
 præscripto esse procedendum, proin,  
 ut Synodo ejusque judicio major au-  
 thoritas accederet, quosdam ex vicinis  
 Provinciis Episcopos esse ad Synodum  
 vocandos. Priusquam vero Synodus  
 Promotoris postulato deferret, duos  
 Epi-

Episcopos ad Sanitensem ablegavit, Sæc. XVIII.  
ut eidem gravibus verbis exponerent, A.C. 1727.  
quanta demum mala sibi sua pertinacia arcesseret.

Postmodum Synodus, quosdam ex vicinis Provinciis Episcopos ad hoc Concilium invitavit, præcipue vero Aquensem, Arelatensem, Viennensem, Lugdunensem & Bisantinum. Præter hos adhuc alii tredecim Præfules, ut Synodo interesse velint, rogabantur, ex quibus tamen tres, quin una venirent, adversam valetudinem obtendebant: ceteri vero decem sese itineri accinxere, ut Synodi precibus & Regis mandato deferrent, qui ad singulos literas Regio sigillo firmatas dederat, præcipiens, ut Embrodunum contenderent, nec inde recederent, nisi vel Synodo absoluta, vel impetrata a Patribus abeundi venia. Erant autem decem hi Episcopi sequentes: Maliosius Vapicensis, Belzunceus Massiliensis, Castellonna Foro - Julensis, Moncleyus Augustodunus, Douffetus Bellicensis, Vacconus Aptensis, Villanovanus Vivariensis, Milon Valentianus, Cauletus Gratianopolitanus, ac denique Petrus Lafiteau Sistaricensis Episcopus. Priusquam hi Embrodunum venissent, Synodus Abbatem, qui a secretis erat, ad Sanitensem Episcopum

**Sæc. XVIII.** scopum ablegabat, ut eidem significa-  
A. C. 1727. ret, placuisse Patribus, ut quosdam

Præfules ex vicinis Provinciis ad Con-  
cilium vocarent, ipse vero declararet,  
utrum ex præfatis Provinciis quosdam  
Episcopos aut sibi suspectos, aut ob de-  
licta jure recusandos crederet, Syno-  
dum quippe, si quid adversus horum  
aliquem jure opponere posset, ejus ra-  
tionibus cessuram: Verum hic Episco-  
pus, quod contra aliquem ex his Pro-  
vinciarum Episcopis opponeret, non  
habebat.

### §. XIII.

*Synodi sententia contra Sanitensem  
Episcopum, ejusque Instruc-  
tionem Pastoralem.*

Dies erat octava Septembribus, qua  
decem hi Præfules una omnes ad  
Embrodunense Concilium accessere:  
Erant tum congregati quinque Provin-  
ciæ Embrodunensis Episcopi Tencinus  
Archiepiscopus Embrodunensis, Bour-  
chenu Venciensis, Crillon Glandevensis,  
& Antelmyus Graffensis Episcopi, præ-  
ter Pucetum Diniensis Procuratorem. In  
prima Sessione non modo Episcopi om-  
nes sed cuncti S. Theologiae & Cano-  
num Doctores emissa tidei professione  
a Metropolitana Sacram Synaxin re-  
cepere.